



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 1. De venialibus facilius est paenitentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

§. I.

De venialibus facilior est pœnitentia.

H Ujusmodi autem à venialium pœnitentia abest necessitas. Fieri enim potest ut quis verè, id est, sufficienter ad ejus remissionem pœnitet de uno veniali, & non de alio: de majori & non de minori: & fieri quandoquè potest è converso, dum v. g. uni, non alteri afficitur, metu aut alicujus commodi desiderio; non hoc sed alia à quibus hæc absunt, paratus est deserere. Displicet subindè & ipse numerus, ut quamvis singulorum displicentiam à se non obtineat, simpliciter tamen improbet, se toties in hoc genere excessisse. Adde nunc majorem enormitatem, turpitudinem, aliasquè circumstantias, ob quas sæpenumerò unum, & non aliud ab affectu excluditur. Insuper omnia & singula graviora delicta cavere sit nobis Dei gratiâ possibile: *Sicut enim*, ait quidam Veterum, *Ser. 56. de sine minutis peccatis nullus umquam aut fuit aut temp. Aug. esse poterit: ita sine capitalibus criminibus, dominante & auxiliante Deo, omnimodis esse possumus & debemus. Propter quod ad mortaliū pœnitentiam, satis non est, eorum vo-*
lun-

luntatem deponere, nisi etiam quis statuat ab iis omnibus continere; ac per hoc & ea media, quibus ad hoc efficiendum illi opus esse prudenter judicatur, velit assumere. Tametsi enim morbum oderit æger, eumquæ abesse optet ac sanitatem adipisci; non tamen absolutâ id vult voluntate, si remedia ad excludendum morbum, ac sanitatem comparandam necessaria detrectet subire. Sic sunt nonnulli, quibus displicet sua infirmitas, quâ se vident ad consueta sine cessatione relabi, displicent illis relapsus, à quibus se vellent continere; sed tamen id adhuc simpliciter non volunt, ac per hoc non debitè poenitent, si ad superandam infirmitatem, & præcavendum recidivum necessariò vitanda aut adhibenda vitare renuant aut adhibere. Ex quo elucet quàm meritò à S. Carolo Confessariis dictum sit: *Fam verò non solùm absolvere eos non possunt, qui peccato mortali valedicere constanter non decernunt, sed nec illos etiam, qui quamvis asserant peccatum se velle deserere, tamen unà dicunt, videri sibi non se commercium illius esse relicturos, nisi ea velint remedia apponere, sine quibus Confessarius judicat ad vomitum redituros.*

*Instruct.
Past. p. 2. c.
c. 15.*

pœ-
fieri
ien-
uno
ci &
po-
al-
nodi
hæc
licet
fin-
neat,
es in
ajo-
liaf-
me-
clu-
iora
offi-
um,
it aut
, do-
ossu-
orta-
vo-
lun-

